



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 vtrum præcipere sit proprius actus eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super quæst. quadraginta septima articulum septimum.

Utrum ad prudentiam pertineat inuenire medium in uirtutibus moralibus.

I

N artic. 7. eiusdem 47. q. aduerte quatuor. Primo differentiam inter finem, & medium in uirtutibus moralibus, quod licet coincident in unam rem, alia tamen est utriusque ratio. Medium enim in comparatione ad extrema dicitur. Et in proposito, medium non secundum quantitatem, sed rationem, seu proportionem dicitur, ut in 2. patet. Et hoc oppositum utriusque extremo simpliciter non est excessum, & improporcionatum per defectum, nisi aut hoc non respicitur. Et prope non mireris, si post questionem de praestititione finis, quaerit de inuentione medii moralium uirtutum.

Inf. q. 123. ar. 1. c. 12. & q. 141. ar. 8. & 13. q. 61. ar. 3. ad 3. & q. 66. ar. 2. Et 3. dist. 33. q. 2. ar. 5. Ar. preced.

Ar. 5. huius quæst.

Li. 3. de Inuentione in sol. 7. ante finem.

Ar. 5. huius q. arg. 1.

Secundo, quod medium moralis uirtutis dupliciter interpretari possumus. Primo formaliter, pro ipsa medietate rationis, secundum materiam, pro re determinata media. Si sumatur primo modo, sic est bonitas rationis: sic est res bona bonitate rationis. & primo modo est finis moralis uirtutis: secundo autem est id quod est ad finem. Unde moralis uirtus eligat operationem, seu passionem talem, tantam & c. ut bonam secundum rationem. Materia enim est propter formam: & id quod est ad finem, ut materiale, est finis, ipse autem finis, formalis est.

Tertio, quod quemadmodum naturalis ratio dicitur finem uirtutum moralium, & dicitur medium earundem, in quantum opponitur extremo, scilicet excessui. Dicitur siquidem naturalis ratio cuiuslibet, quod non est irascendum delectandum & c. plusquam oportet: sed an sit irascendum, tristandum, delectandum, nihil, uel usque ad terminum, non dicitur naturalis ratio sufficienti euidencia absque rationis discernitu. Propter quod de hoc uariæ dicuntur opiniones, & ad moralem philosophiam spectat hoc in communi determinare, ut euidens nobis sit. Ad prudentiam autem spectat

quod in supra posita diffinitione uirtutis moralis dicitur, quod est in medietate existens determinata ratione, prout sapiens determinabit.

RESPON. Dicendum, quod hoc ipsum, quod est conformari rationi rectæ, est finis proprius cuiuslibet uirtutis moralis. Temperantia enim hoc intendit, ne propter concupiscentias homo diuertat a ratione: & similiter fortitudo ne a recto iudicio rationis diuertat, propter timorem, uel audaciam: & hic finis praestitutus est homini secundum naturalem rationem. Naturalis ratio dicitur unicuique, ut secundum rationem operetur: sed qualiter, & per quam homo in operando attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentiam. Licet enim attingere medium sit finis uirtutis moralis, tamen per rectam dispositionem eorum, quæ sunt ad finem, medium inuenitur. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut agens naturale facit ut forma sit in materia, non tamen facit ut forme convenientia ea, quæ per se ei insunt: ita etiam prudentia medium constituit in passionibus, & operationibus, non tamen facit quod medium quære conueniat uirtuti.

AD TERTIUM dicendum, quod uirtus moralis per modum naturæ intendit peruenire ad medium: sed quia medium, secundum quod medium, non

F eodem modo inuenitur in omnibus, ideo inclinatio naturæ, quæ semper eodem modo operatur, hoc non sufficit, sed requiritur ratio prudentiæ.

Utrum precipere sit principalis actus prudentiæ.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur, quod precipere non sit principalis actus prudentiæ. Precipere enim pertinet ad bona, quæ sunt facienda: sed Augustinus de Trinitate ponit actum prudentiæ precavere infidias: ergo precipere non est principalis actus prudentiæ.

2. Præ. Philo. dicit in 6. Ethic. quod prudentis est bene consilium: sed alius actus uidetur esse consilium & precipere, ut ex supra dictis patet: ergo prudentiæ principalis actus non est precipere. 3. Præ. Precipere, uel imperare uidetur pertinere ad uoluntatem, cuius obiectum est finis, & mouet alias potentias anime: sed prudentia non est in uoluntate, sed in ratione: ergo prudentiæ actus non est precipere.

SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 6. Ethic. quod prudentiæ præceptiuus est.

RESPON. Dicendum, quod prudentia est recta ratio agibilium, ut supra dictum est. Unde oportet quod ille sit præcipuus actus prudentiæ, qui est præcipuus actus rationis agibilium, cuius quidem sunt tres actus, quorum primus est consilium, quod pertinet ad inuentionem. Nam consilium est quærens, ut supra habitum est. Secundus est iudicare de inuentis, & hoc facit speculatiua ratio: sed practica ratio ordinat ad opus, præcedit ultimum. Et est tertius actus eius precipere, quod actus consistit in applicatione consiliorum, & iudicatorum ad operandum. Et quia iste actus est propinquior fini rationis practicae, inde est, quod iste est principalis actus rationis practicae, & per consequens prudentiæ: & huius signum est, quod perfectio artis consistit in iudicando, non autem in precipiendo. Idem reputat melior artifex, qui uolens peccare in arte, quasi hinc rectum iudicium, qui peccat nolens: quod uel esse ex defectu iudicii: sed in prudentia est econuerso, ut dicitur in 6. Ethic. Imprudentior enim est qui uolens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentiæ, qui est precipere, qui peccat nolens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actus precipere dicitur & ad bona

lis est operatio eligenda, media felicitatis, non extrema, & non dicitur tantum in communi quod sit bona.

In responsione ad tertium, habes unde reddere potes aliam rationem, quare uirtus moralis non potest esse a natura, quia, si medium non potest esse determinatum a natura, quia natura determinata est ad unum. Medium autem non uno: sed multis modis oportet esse, propter quod ratione determinatur in unoquoque se eundem contingentia. Ex hoc namque, quod medium non est a natura determinatum, sequitur quod uirtus, quae nata est tendere ad medium, non est a natura, quoniam natura genita uirtus ad unum determinata est, ut patet in habitu principiorum.

AD TERTIUM Dicendum, quod mouere absolute pertinet ad uoluntatem: sed precipere importat motionem cum quadam ordinatione, & ideo est actus rationis, ut supra dictum est.

Super quaest. quadragesima septima articulum notatum.

Art. 9. omisso 8. adherere, ut penetret proprium significatum sollicitudinis, quod sollicitus, sicut & sollicitio sollicitas, a quo derivatur secundum Grammaticam, mediante cito & citius: & sicut diuersimode inueniuntur composita, ut excito, concito, sulcito &c. ita inuenitur sollicitio a solo, & cito, mutato, q, in, quasi ex solo. i. quietis loco moueo. Sed quoniam non solum in actiua, sed passiuo significat non inueniuntur composita huiusmodi, ut patet de accitis, ideo proprie loquendo, sollicitus passiuam habet significationem, quasi solo citum, id est, motum, ad similitudinem commoti ex suo loco, in quietem significat. Verum quia ad inquietum linem mentis circa agenda, cauenda, euentusque, impositum est nomen sollicitudinis, ideo proprie significare uidetur inquietam attentionem. Quam diu namque solliciti sumus, inquiete attendimus, & econuerso, quam diu inquiete attendimus, solliciti sumus. Et iuxta hanc significationem, omnis oratorum, poetarum, ac etiam sacre scripturae usus consonus inuenitur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod sollicitudo non pertinet ad prudentiam. Sollicitudo enim inquietudinem quandam importat. Dicitur enim in li. i. Etym. quod sollicitus dicitur, qui est inquietus: sed motio maxime pertinet ad uim appetitiuam: ergo & sollicitudo pertinet ad uim appetitiuam non est in ui appetitiua, sed in ratione, ut supra habitum est: ergo sollicitudo non pertinet ad prudentiam.

2. Præter. Sollicitudini uidetur opponi certitudo ueritatis, unum dicitur in Reg. 9. quod Samuel dixit ad Saul. De afinis, quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, qui inuentus sunt: sed certitudo ueritatis pertinet ad prudentiam, cum sit uirtus intellectualis: ergo sollicitudo opponitur prudentie magis, quam ad eam pertinet.

3. Præter. Philosophus dicit in 4. Ethic. quod ad magnanimum pertinet pigritiam esse, & otiosum: pigritia autem opponitur sollicitudo: cum ergo prudentia non opponatur magnanimitati, qui bonum non est bono contrarium, ut dicitur in Prædicationibus: ergo uidetur quod sollicitudo non pertinet ad prudentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur in Pet. 4. Estote prudentes, & uigilate in orationibus: sed uigilantia est idem sollicitudini: ergo sollicitudo pertinet ad prudentiam.

RESPON. Dicendum, quod si cut dicitur in li. i. Etym. Sollicitus dicitur quasi solers citus, in quantum solers est ad prosequendum ea, quae

tentio ad precipiendum, ad cauendum, circumspiciendum, discernendum &c. maxime ad prudentiam spectat. Unde Apostolus, sollicitudinem omnium se habere ecclesiarum contestatur, qui in quiete attendebat, quomodo proficiebant, in quo deficerent, quo egerent &c. Nec id dicimus, ut infirmorum reprehendamus, quoniam ille non deriuatione, sed etymologiam uocabuli dixit iuxta rei significatam, uel litterarum similitudinem: quem in pluribus locis assertit author, uires etiam his minimis locis sanctorum patrum ad clarificandam rem his specialiter, quos sacrorum doctorum lectio excurret. Explatur nihilominus ex illa etymologia, quod sollicitus est alicuius, i. festinus. Qui n. inquiete attendit alicui, festine exequitur, cum tempus est, & potest alioqui non inquiete attendere: barquerit enim hic quietere.

In responsione ad primum aduerte, quod sollicitudo, seu inquietudo, nisi sit ratione regulata, non spectat ad prudentiam. Et propterea author sollicitudinis uocabulum ad bonum determinans, quamuis multi ad effectum fundendum sanguinem solliciti sint, dixit, quod consistit in praecipio, & directione rationis. Puto autem hoc ipsum dixisse, quia licet sollicitudo absolute ad bonum & malum sit, in morali tamen scientia ad bonum tantum usurpata est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod motus quidem pertinet ad uim appetitiuam, sicut ad principium mouens, tamen secundum preceptum, & directionem rationis, in quo consistit ratio sollicitudinis.

AD SECUNDVM dicendum, quod secundum Philosophum in 1. Ethic. Certitudo non est similiter querenda in omnibus, sed in unaquaque materia secundum proprium modum. Quia uero materia prudentiae sunt singularia contingentia, circa quae sunt operationes humanae, non potest certitudo prudentiae tanta esse, quod omnino sollicitudo tollatur.

AD TERTIUM dicendum, quod magnanimum dicitur esse piger & otiosus, non quia de nullo sit sollicitus, sed quia non est superflue sollicitus de multis: sed confidit in his, de quibus confidendum est, & circa illa non superflue sollicitatur. Superfluitas enim timoris, & diffidentiae facit superfluitatem sollicitudinis: quia timor facit confidit nos, ut supra dictum est, cum de passione timoris ageretur.

ARTICVLVS X. Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod prudentia non se extendat ad regimen multitudinis, sed solum ad regimen sui ipsius. Dicit enim Philosophus in 5. Ethic. quod uirtus relata ad bonum commune est iustitia: sed prudentia differt a iustitia, ergo prudentia non refertur ad bonum commune.

2. Præter. Ille uidetur esse prudens, qui sibi ipsi bonum querit, & operatur: sed frequenter illi, qui querunt bona communia, negligunt sua, ergo non sunt prudentes.

3. Præter. Prudentia diuiditur contra temperantiam, & fortitudinem: sed temperantia, & fortitudo uidentur dici solum per comparationem ad

Secunda Secundae S. Thomae. P. 4. relatione

Li. 6. c. 9. parum a princ. tom. 5.

Ca. 24. in medio illius, tom. 1.

Li. 1. c. 3. circa primum & c. 7. circa finem tom. 5.

Super quaest. quadragesima septima articulum decimum.

Inf. q. 49. ar. 3. ad 3. & c. 9. 2. articulo cor.

Li. 5. c. 1. circa finem precipue, to. 5.